



VIRTUS HONORATA
Rm & Amplio Dno Dno IOANNI MARY BV.
ad Scotos ABBATI &c
In faustissima Inauguraoe accinuit Conventg Lambae.

Univ. Bibl.
München

VIRTUS HONORATA

QUAM

REVERENDISSIMO NOBILI ET
AMPLISSIMO DOMINO DOMINO

JOANNI

CELEBERRIMI MONASTERII

B. V. AD SCOTOS

ABBATI

NEC NON

SAC. CÆSAR. MAIESTATIS

CONSILIARIC

In faustissimam Inaugurationem

Accinnuit

CONVENTUS LAMBACENSIS

SALISBURGI

Ex Typographéo JOANNIS BAPTISTÆ MAYR,
Typographi Aulico - Academici.

VIRTVS HONORATI

ET
MAY

REVERENDISSIMO NOBILIT ET
AMPHISMO DOMINO DOMINO

I N I A O I

CEREBERRIMUS CONSIGNIERI

AVAD SOTOS

I T A B A

MOX. M. J.

SAC. CESAR. MARESTATIS

CONSLIARIA

CONVENTUS LAMBEENS

SALVATOR

EXALTOGREGO FORTISSIMA MARY





REVERENDISSIME, NOBILIS
ET AMPLISSIME

P R A E S U L,
DOMINE, DOMINE
OBSERVANDISSIME &c.

Dum Vienna è nostro Te
Gremio ambit, & Cele-
berrimum Scotense Mo-
nasterium propter egre-
gias animi dotes sponsum postulat, &
pretioso Amoris pignore ac Tuæ vir-
tutis præmio Sacrâ Tiarâ condeco-
rat ; turpe foret, si inter tot adplau-
dentium studia torperet Lambacum,
& publico gestientis animi signo affe-
ctum non proderet, & sincerum **A**-
morem suum testaretur. Ne langui-
dum tamen cense affectum, cùm tar-
diùs comparemus. Prævenerunt

Electionem vota nostra, quibus prius
destinatus, quam Electus Abbas. Et
quid nisi nostram enim fœlicitatem à
Tua Gloria metimus; noster quoque
Reverendissimus & Amplissimus
Præful ac Amandissimus Pater non
sine dulci animi lætitia inter suos ca-
nos revirescit, cum è suo Gremio &
Scholâ Reverendissimam & Amplis-
simam Dominationem Tuam ad tan-
tum Honoris Gradum promotam
videt. Ita virtutis studium Hono-
ris stadium est; ut præcurreres, re-
liquarum virtutum Mater Prudentia
duxit, & suffragia in Virtutis Tuae ob-
sequium inclinavit. Secuturi Hono-
ris jam pridem radios præmisisti; Tua
enim dulcis in loquendo facundia, in
consulendo prudentia, & in agendo
dexteritas, clara fuerunt omnia altius
eminendi, & prima gloriæ lineamen-
ta pronus in Pietatem Genius Tuo
pectoris

pectori insculpsit. Hi fuerunt gra-
dus, quibus ad tantum apicem ascen-
disti, ac è Reverendissimi Præsulis
ac Patris nostri vestigio ad Honoris
fastigium eluctatus es. Nam nulla
efficacior, quàm Virtutis commen-
datio est; bonus epilogus, ubi hæc
perorat. Et crevit Tuæ virtutis æ-
stimatio, cùm tardius, quàm meritus,
ascendisti. Quò jam celsior, tantò
clarior Tua Virtus est; post superatas
caligines, & nubium involucra, apertâ
fronte prospicit, & Tuos ad Amorem,
Exteros ad Amicitiam & obsequia in-
vitat. At vela contraho, ne naufra-
gium faciam; ac cùm laudem, lædam.
Tua enim animi modestia, quò magis
matura Gloriæ & adulta arista est, tan-
tò magis ad laudes inclinat caput.
Cùm adoravimus Caput, etiam ad
Membra convertimur, Vobisq; Ad-
modum Reverendi & Venerabiles

B

Con-

Conventuales de Tanto Patre gratulamur. Sed admittite, si Reverendissimum & Amplissimum Præfulem nostrum-vestrum, & vestrum - nostrum dicimus, ita pro Eo Amor litigat; nam utique Nos, Quem in Vestri amorem dimisimus , non amisimus. Explete Cœlites vota nostra! Túque Reverendissime & Amplissime Præful Tuis & Nobis, Ordini & Patriæ Benignum Sidus sine occasu illuceſce, & serenâ fronte accipe hoc nostrum Amoris pignus, & observantiæ monumentum. Lambaci die 30 Aprilis, 1670.

Reverendissimæ & Amplissimæ

DOMINATIONIS TUÆ

Humillimus

Conventus Lambacensis.

TRAHUNTUR
ODORE.



Florum est gemma rosa, & virtutis ima-
go ; proinde
Ad virtutis opes alliciuntur apes.

G. A. Wolfgang f.



TRAHUNTUR ODORE.



Onor à fortuna aut virtute venit;
Hæc pro merito sublimes facit,
Illa inglorios quoque effert.
Semper Præclarus fuit bene institui,
Quam feliciter nasci.

Regia via à Virtute ad Honorem est;
Dum cruentant spinæ,
Ad purpuram præparant.

Inconstans gloria, quæ à fortuna venit;
Perennat, si coronat virtus.

JOANNI Calculos favorabiles
Non fortuna sed virtus dedit,

Et contulit eminendi privilegium,
Cùm in prima ætate prælusit virtus,
Et in parva corporis statura

Jam adulta fuit,
Et gloriæ omnia exhibuit
Natus ad magna Genius;

Ita virtutis principium est bona indoles.

Cum oculis eluxit quoque mentis acies,

Quare à matris ubere ad Palladis lacticinia transiit,
Et hausit brevi eloquentiæ flumina,
Et virtutes cum ipsa ætate coeperunt incrementa.

In omnibus Prudentia manuduxit,
Et melioribus disciplinis imbuit recentem testam,
Atque in obsequium coëgit fortunam,

Ut naturæ dotibus suas jungeret,
Et intelligens tandem gubernacula possideret.
Nam prima regendi regula est, sibimet imperare.
Et qui imperare vult,

Sibi prius leges statuat, necesse est.
Imperio ineptus, qui seipsum nescit regere.
Nemo superior, nisi melior.
Inane est omne eminendi studium,
Nisi virtutis sequatur regulas.
Inconstans, trepidus, nusquam tutus,
Omnia suspecta habet,
Quem conscientia non defendit;
Et cum formidine praedit,
Quem non virtus manuducit.
Quod auro lapis lydius, hoc viro honor,
Et occasio proba virtutis est;
In sublimi cernitur an praeseisse dignus.
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.
Virtus & prudentia fulcra felicitatis sunt:
Ab his erigitur & solidatur,
Sine his ruinam habet.
Capitis malum, totius corporis ruina,
Et vita imperantis subditorum censura est.
Ac magnetis virtutem habet,
Subditos in exemplum trahit.
- - - *Componitur orbis*
Regis ad exemplum.
Optimus regendi modus est, quod jubes, agere,
Et pulchrum est suismet legibus obsequi.
Facta imperantis antevertant vota subditorum.
Efficacius persuadet exemplum,
Quam eloquium.
Plus ponderis ad movendum habet,
Quod oculis, quam quod auribus illabitur.
Nemo tenebras amat, cum sol illuminat;
Regentis exemplum subditis
Lex & Lux est.

Sequun-

Sequuntur subditi,
Propria indoles aut verecundia
 Sequaces facit.
Optima præcepta exempla sunt.
 Operosa Virtus est,
 Honori negatur quies:
Titulus honoris cum ignavia
 Subditorum est lues.
Malè regit, qui sibi nomen ab officio,
 Non per officium æstimationem parere cogitat.
Duo ad omnem virtutem stimuli sunt:
 Conscientia & Fama;
Illa Deo, hæc populo acceptum facit.
 Quanta virtutis merces!
Immortalitas vitæ & nominis.
 Hæc labores dulces facit.
Nullum enim gloriosum factum suscipitur
 Sine famæ æstimatione.
Nec quidquam tam metuendum, quam turpis
 Fama;
Qui hanc, etiam virtutes negligit.
 Fax mentis honestæ
Gloria ad magna JOANNEM accedit,
Ut tam exemplo, quam imperio præeat,
 Haud ignarus
Pulchrum vitæ epilogum à virtutis & laboris
 pendere exordio;
Et honorem esse maximum
Factis ostendere honore se dignum esse.

C O D E

ODE.



On est firmus honor, quem tu Fortuna de-
disti;
Solvitur ut glacies,
Cum vela fallax contrahis.
Mane tuum suave est, sed vesper raro serenus;
Sic variare soles,
Plandumque noctis risui.
In sublime vehis, deponis ad infima rursus;
Nescia stare loco,
Et Gloriæ sedem negas.
Arrides vultu? fallis. vel saeva videris?
Tunc sibi quisque cauet;
Ergo optima es, quando mala es.
Virtus sola fidem, sedem quoq; præbet honori,
Et finit esse loco,
Quem destinavit gloriæ.
Gaudet in adversis, laudemq; per ardua quærit,
Nulla pericla timet,
Suppressa surgit fortior.
Gignit spina rosam, crescitq; per ardua virtus;
Et labor est pretium,
Quo istam JOANNES emerat.
Sicut apum rosa, sic virtus est nidus amoris;
Mella dat illa apibus,
Istam sequuntur subditi.

RESPE-

RESPEXIT.



Cum casto Superum mentem quis spon-
det Amori,
Arrha sit Ara Dei, certus amoris erit.

G. A. Wolfgang. f.

Chuvalo saurawat hantawadi la
Araha tivat Pali edam niso cinti

R E S P E X I T.

Primus Magister morum Numinis cultus est.
Hoc fræno
Barbaræ quoq; Gentes in obsequio coëcentur.
Sola Pietas tuetur imperia,
Sine hâc cadunt.
Potestas omnis à Deo descendit, & pendet quoque,
Ruit si subtrahat manum.
Cùm ergo à Cœlo data sit, suum respiciat 'centrum.
Labefactatur potestas, cùm nutat Pietas.
Honor sine Pietate umbra est,
Quia nunquam diuturnus,
Et rarò fœlix est.
Animi pietas fœlicitatis fundamentum est.
Religione attrahitur Deus, sine hac fugit.
Omnia prospera Colenti Numen,
Adversa negligenti.
Ludit & allidit humana fortuna,
Nunquam secura,
Nisi Deus secundet suos Cultores.
Solem obvoluere nubes diu non possunt,
Nunquam pietatem adversa.
Mens quæ Deo juncta est, adversa ridet,
Et in Deo tranquillè jucundatur;
Ac inter nubila clarior elucescit.
Jacent humana consilia,
Nisi pietate fulciantur.
Sola Pietas
Perfectum præstat gaudium, & securum.
Illum, qui Deo adhæret,
Nunquam ferient ruinæ.
Novit JOANNES
Omne imperium pietate obfirmandum esse:
Cùm nulla sine hac virtutis institutio.

Nam hoc virtutum Caput est :
Emoriuntur reliquæ,
Nisi ab hac animentur.
Hanc Neo - Abbas reliquis præfecit ducem,
Et sociavit Prudentiam ;
Nam pietas sine prudentia, & scientia sine pietate,
Claudicant, & lapsui vicinæ sunt.
Perfectum virtutis studium est,
Primò Dei, dein suæ studere gloriæ.
Sine hoc nulla stabilis potestas.
Nam - - - - ubi non est pudor,
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile Regnum est.
Et sine pietate nulla nominis æstimatio,
Minùs bona & tranquilla conscientia.
Vendunt honores superi
Non alio pretio,
Quàm pietate & labore.
Major Salomonis fuit gloria,
Cùm non tantùm Sapiens, sed & Pius fuit ;
Cùm ad Idola conversus est,
Amisit gratiam & æstimationem.
Contempta pietas vindicem habet Deum,
Sursum deorsum vertit omnia
Neglecta cura Numinis.
Piis autem conatibus respondet felix eventus.
Frustranea omnis plantatio est,
Nisi incrementum det Deus.
Optimè imperium administratur
Sancte & Circumspecte
Primò à Cælo, dein à prudentia
Gubernatio pendet.
Pietas & prudentia duo cardines sunt
Quibus imperium voluitur:

Inglo-

Inglorium omne regimen est,
Ubi nullus aut modicus Numini honor.

*O felix hominum genus,
Si vestros animos amor,
Quo cœlum regitur, regat!*

Sine Divino favore ubique periculum imminet,
Ergo imploranda Numinis Benevolentia,
Cultu & precibus.

Pietas in adversis robur ministrat & solamen,
In secundis temperatam tranquillitatem.

Prima pietatis rudimenta sunt, à sceleribus immunē esse;
Nam Deum amare nequit, qui peccato offendit.

*Nec præsentem credit,
Qui in quodvis flagitium ruit.*

Pius præsentem putat & veretur Deum,
Nec labiis tantum honorat, sed vita innocentiam;

Mala oratio, quam confundit vita.

Loquendum cum Deo, tanquam homines audiant;
Vivendum cum hominibus, tanquam videat DEUS.

Vita ipsa oratio & Cultus Numinis est.

Ubi collapsa pietas & extincta Numinis veneratio,
In nihilum subsedit omne imperium.

Nescit in proximum pius esse, qui à Dei cultu torpet.

Cum pietate imperia crescunt & decrescent quoque;

Ab augmento Pietatis
Rerum temporalium fluunt incrementa.



D ODE

ODE.



*Uppiter quando fabricavit Orbem,
Parva Magnis, cuncta subordinavit,
Atque Majoris voluit minorem
Jussa vereri.*

*Frondeâ in sylvâ timidè vagantes
Damulæ, cervi, lepores, apri, & qui
Pascuis præsunt satyri salaces,*

Numen adorant.

*Qui natant pisces pelago profundo;
Belluæ quotquot spatiantur amplio,
Sceptra Neptuni metuunt; hic est qui
Temperat æquor.*

*Quos Charontis cymbula vexit, & quos
In tremendis exoneravit antris,
Sceptra Plutonis metuenda flexo*

Poplite adorant.

*Plus decet mortale genus, supremi
Arbitri rerum sua séque totum
Gloriæ, mentémque, manumque puram, &
Vota referre.*

*Hæc JOANNIS maxima cura, Numen
Fervido zelo colere, & litare
Thura; constanti pietatis æstu
Fervet & ardet.*

FEROCIA CEDIT
AMORI.



Vis grata est & suave jugum , placet ipse
triumphus ;
Nempè domat tygrides , si domina-
tur Amor .

G. A. Wolfgang f.

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

FEROCIA CEDIT AMORI.

IN omni Imperio

Amor subditorum tutissimum mumentum est.

Hos dum amor devincit, vincit,

Metus & terror infirma vincula sunt;

Subditos diu in officio continere nequeunt.

Invisa enim imperia diu non videntur.

Amor libertatem habet,

Nec vi cogi, nec pretio emi potest.

Exasperat animos omnis acerbitas,

Et ex timidis abjectos aut desperatos facit.

Nolentis obedire totum studium est

Jugum excutere.

Si dominum non amant subditi,

Ipsos timeat, necesse est.

Turpe imperanti, à subditorum amore vinci;

Ostendat, non quantum potentia,

Sed & affectu in suos possit.

Clarissimum imperium est

Subditis ut filiis imperare,

Et ab eis obsequia accipere.

Dulce semper nomen patris & filij fuit;

Natura dedit:

Nemo amari, nisi qui amat potest.

Diligere filius, servus timere novit;

Hic ob pretium aut metum,

Ille ob affectum obsequia exhibet.

Obsequium quod metuens praestat, fidum non est;

Vicinum est ut oderit, quem metuit.

Timor & tumor imperanti exitio sunt,

Amor utrumque cavet.

Nemo ab eo amorem expectet, quem servire cogit.

Amor fulcimentum, terror ruina imperij est;

Metus in auctorem reddit,

Pernicies regentis est, semper timeri velle.
Experientia docuit, nec illos à Diis amari,
Qui subditis odio sunt.

Morosus & acerbus monitor
Subditos in tedium cogit.
Fastidio omnibus est,

Cujus rugæ turbidam mentem indicant,
Et quem facilius vitia ad vindictam,
Quàm merita ad proemium trahunt.
Qui nescit compati infirmitatibus,
Nec mederi scit.

Rigor sine indulgentia spinas tantùm germinat,
Amor ad veniam facilis est.
Amore erigendi sunt animi, non calcandi timore.
Omnis reprehensio & poena facile sustinetur,
Si à patre noscitur promanare.
Solus amor in mentes dominium habet,
Metus in corpus tantùm.
Potestate qui parcè utitur,
Utetur diu.

Frustrà terret & sœvit, si amare nescit.
Felicitas ut anguilla elabitur,
Teneri sine amore diu non potest.
Amoris philtrum amor est,
Occulta vi fascinat & captivat.
Vis nosse regulas ? è tuo metire fundo:
Si tuus in arena hæret,
Cum silice quoque ages.

Amor similitudinem quoque morum facit,
Qui amores, etiam mores lucratur.
Ut imperanti sit tranquilla quies,
Contra omnia amoris clypeo se muniat.
Gloriosum cuivis imperanti,
Si videatur plus amari, quàm timeri;
Nam amor paternum, timor servilem dominatum mon-
strat.

Quod

Quod paralysis in corpore, hoc in subditis metus facit,
Omnia languida efficit, quò pertingit.
Metum excludit amor,
Qui vi extorquetur, non amor, sed amoris simulatio est,
Eò magis noxius, quia à metu venit.
Amor, qui ortum suum in corde habet,
 In vultu sit hilaris,
 In lingua apertus,
 In manu liberalis.
Nam amor amore nascitur,
 Beneficiis nutritur,
 Et fidelitate conservatur.
Hoc tamen mali nimius subinde amor advehit,
 Contemptum sui.
 Caveri potest:
Si dignitatis gravitas nunquàm planè moribus absit.
 Nec recedet veneratio ab eo,
Quem non solus amor, sed & virtus amabilem facit;
 Nam admiratio venerationem generat.
Nulla imperantium infelicior conditio,
 Quàm sine amore præesse.
 Nostri Reverendissime Præful,
Ab amore reverentiam, & à metu odium nasci.
Prudenter temperas timorem amore, & amorem timore,
 Tunc subditos feliciter regi autumans,
 Si disciplinæ frœno coercentur,
 Et amoris calcari ad magna incitentur.
Verbo, talem te exhibes subditis, qualem optabas privatus.
Optimus regiminis status, si mutuâ charitate solidetur.



E ODE

ODE.



Manter imperare non modicus honor;

Invidiam patitur

Gloria, quæ affectu caret.

Securatunc est regibus quies, amor.

Quando pro eis vigilat,

Stertere securis licet.

Nihil regentis opes, si amori comparas,

Scito crepundia quæ

Orbis habet fallacia:

Glacialis arctos frigido quod habet sinu,

Calce quod ursa tenet

Sæva metallorum parens.

Aut Regna, quæ Titan face erectâ aspicit,

Fulgida divitiis

Pondera magna auri ferunt.

Utriusve Phœbi littus extremum tenet,

Gemmea dona Arabum

Littore quæ vasto legunt.

Ærarium sunt corda subditorum, ubi

Possidet omnigenas

Divitias Dilectio.

Qui subditorum, dives, affectus habet,

Omnibus imperiis;

Quam pretiosa est res amor!

HUMI-

HUMILITATE
PLACET.



Majestas metui nolit, magè quærat amo-
rem :

Nescit amare timor , lædere nescit
Amor.

G. A. Wolfgang. f.

HUMILITATE PLACET.



Umma felicitas in fortuna temperantem esse,
Et in magna sortis indulgentia
Animum moderari.
Maximā potentiam in hominū mentes habet,
E sublimi gradu
Suavi morum facilitate se ad alios demittere.
Quantò rarius, tantò pulchrius spectaculum,
Sublimitas humilis, & sublimis humilitas.
Honoris fœlicitas plerumque cæca est,
Dum sursum nititur, cadit.
Interitum & infamiam sibi superbus fabricat.
Adeò rarò fœlix mentis elatio,
Odiosa semper est.
Nemo arrogantem amat, minus pro patre habet.
Placidi animi mansuetudo magnes amoris est,
Orisque affabilitas acceptum facit.
Affectu suorum caret, qui cum fastu imperat;
Contemnitur quisquis superbus est.
Ita hoc vitium natura exosum facit,
Ut etiam ipse superbus superbū oderit,
Et suum in alio vitium damnet.
Spica cùm in altum surrigitur, inanis est,
Inflexa ubertatem exhibet.
Ita - - - quò fortuna altius
Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc se magis suppressere felicem decet.
Humilitas præcedit gloriam, superbia lapsum.
Publicus hinc ardescit amor, cum moribus aquis
Inclinat populo Regale modestia culmen.
Hoc maximum virtutis decus,
Sine elatione sublimem esse.
Et pretiosa gemma est
Humilitas honorata.

Æternant imperia, quæ ab humilitate eriguntur;
Sedes superborum destruit Deus,
Et omnem arrogantiam pœna à tergo sequitur.
Ab animi submissione populi & Cœli favor,
Subditorum veneratio & amor.

Pulchrius humilitate amor,
Quam terrore reverentiæ extorquetur.
Define grande loqui, frangit Deus omne superbum,
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur;
Disce supercilium deponere: disce cavere
Ante pedes foveam, quisquis sublime minaris.

Invisa Numini & populis superbia,
Et infastus fastus est;
Qui fortunam non reverenter habet,
Brevi cum illa cadet.

Quantò quis superior, tantò sit submissior;
Nam quanto arbor celsior, tantò profundior radis:
Exhumili virtus & succus arbori.

Evellitur, aut ventis evertitur,
Nisi in imo radicata sit.
Celsa montium cacumina fructus non ferunt,

Valles opulentæ sunt,
Et fulmini subducunt caput.

Sublevantur à Deo,
Qui seipso humiliter submittunt.

Reliqua vitia vitiis se copulant,
Superbia etiam virtutis vult esse socia.

Inquinat egregios adjuncta superbia mores.
Hæc fortunæ carnifex est:

Nam quos fortuna honore vestit, superbia exuit,
Et tanquam coronatam victimam jugulat.

- - - *& longi pœnas fortuna favoris*
Exigit à misericordia.

Justum pretium auro est,
Si cum bilance descendat:

Levi-

Leviuscum, si sursum elevatur.

Humilitas virtutum libra est,

Quid ponderis habeant, hæc indicat.

Qui sibi vilis, omnibus in pretio est,

Et se minuendo, se ipso fit major.

Magnam dulcedinem in imperante habet,

Subinde posse non uti majestate.

Sed, tam nimia abjectio, quām elatio declinanda est;

Hæc odium, illa contemptum parit.

Vim temperatam Dij quoque provebunt

In majus. - - -

Concidit gloria, quæ tumida est.

Nam superba imperia acerba magis

Quām diurna esse solent.

Laus vera humili sàpè contingit viro.

JOANNES suæ Infulæ mature cavit à superbia,

Ne hæc tinea,

Cùm semel dentem fixit, corrodat.

Submissa in tempore gloria cumulatior resurgit.

Optimum documentum :

Quantum in parvis odiosa jactantia,

Tantum in magnis gloria submissio.



BB

F

ODE

ODE.



Vàm pulchra, tam periculosa res Honor!

Ad hunc via est plusquam ardua.

Sectari honorem, sed confidere haud decet,

Ut vitra statim rumpitur.

Pulchrum eminere, sed timendus lapsus est,

Vertiginem fastus facit.

Celsis propinquum montibus fulmen Jovis,

Turrésque sublimes cadunt.

Odit superbos mundus, & Dij quoque

In illos fulmen præparant.

Quisquis superbis, gloriam haud feret diu,

Sibique lapsum fabricat.

Ad alta semper est pericolosum iter,

Quæ plana sunt, secura sunt.

Phaëton triumphat aureis Phœbi rotis,

Vestus suâ superbiâ:

Et tentat alâ cereâ sursum Icarus

Ad aureum solis jubar;

Iste pelago, atque ille ignibus pœnas dedit,

Exempla facti posteris.

Sic, sic superbiam fugit felicitas,

Et gloriâ privat suâ.

Per alta cautius JOANNES ambulat,

Humili Pedo lapsum cavet,

Vento secundo turgida ipse contrahit

Vela, & suum portum tenet.

ODE

H

BE-

BENIGNO SIDERE
CRESCUNT.



G. A. Wolfgang. f.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

Liber publicus, folium Cuiusdam

anno

anno

anno

anno

BENIGNO SIDERE GAUDENT.

D

Ulo difficilia hæc vita habet,
Præesse & subesse.
Hæc relativa raro benè conveniunt,
In subdito patientia, & in imperante pru-
dentia.

Omne imperium grave est,
Intolerabile fiet, si asperitas accedat;
Dulcescit, si amore conditatur.

Illa grata auctoritas est,
Quæ cùm timeri debeat,
Amari se velit.

Crudele regimen est,
Si solus imperantis vultus hominem,
Animus feram exhibit.

Suave imperium etiam feras cicurat,
Torvum vultum & bruta oderunt.

Imperium, si acerbum, pro mercede odium habet.
Et quisquis in vita sibi adsciscit odium,
In morte risum habet,

Et siccis sepelitur oculis.

Quem quisque odit, periisse cupit.
Torvo supercilio pessulo occluditur ad corda aditus.

Et torva ac morosa imperantis facies
Diffidentiam,

Vox tumida aversionem generat.

Infelix gubernatio, si fiducia deest.

Compositus ad lætitiam vultus amorem provocat,
Odit rugas & torvum supercilium, quisquis subest.

Nimius rigor non flectit, sed frangit animos.

In subditos plus indulgentia, quām rigor potest.

Tyranni est supra capita inambulare;

In feras sævities, in hominem humanitas exercenda est.

Tonitru & fulmen in fugam & metum cogunt,

F 2 Mala-

BENICIO

Malacia æquoris delectat, & in portum ducit.
Ubi fluctuum collisio, naufragium sequitur.
Quis semper tonantein ferat Jovem?
Timor enim plerumque in odium transit.
Qui sceptra duro sexus imperio regit,
Timet timentes: metus in auctorem redit.

Semper felix imperium fuit, quod benignitate temperatum est.

Benignitas in ceram emollit animos,
Asperitas in marmor indurat.

Atteritur etiam bona in doles continuâ trepidatione.
Benignitas illicium affectuum est.

Delinit animos comitas, & subditorum affectus in manu habet.

Lex omnis acerba est sine favo comitatis.
Benignitas non tantum lucratur, sed influit in animos.
Nam mitissima fors est
Sceptrorum sub Rege pio.

Tam in vultu quam corde benignitas sedem habet,
Affabilitate noscitur.

Nam ab ore & oculis animi metimur affectum,
Et ipsa vultus compositio animum eloquitur.
Comitas animorum esca est, hoc hamo capiuntur.
Violenta durare nesciunt,
Vis temperata fortior.

At optimus quoque ager suum quandoque lolium habet,
Ut mundes & emendes, oculo & manu opus est.
Et cum ad iram etiam lace sunt crimina,
Nunquam rigori lenitas desit,
In crimen tendat vindicta, non in hominem.
Sæpe melius culpa agnoscitur, cum ignoscitur;
Diversi Genij sunt:
Alios verba, alios non nisi verbera emendant.
Ut rarius Coelum fulmen ejicit,
Et solo nubium mugitu minatur,
Ita terruisse subditos, correxisse est. Ubi-

Ubique prudentia Prætor sit,
Et cùm Judicem induis, patrem non exue.
Matrem fovendo, & patrem corripiendo te ostende.

Qui cum amore corrigit, benè regit.
Sol quanto in Zodiaco sublimior,
Tantò tardior in motu est:
Sic, quem altius fortuna sublevat,
Animo lenem, non præcipitem esse oportet.

Qui vult amari, languidâ regnet manu.

Per affectum & obsequia subditorum
Benignitas & Clementia imperantis eluent.
Maximum à Clementia imperio robur est.

Jussa, quæ suavia sunt, reluctantem non habent.
Durum in molli frangitur,
Omnis violentia nociva est.

Clementer imperans subditos ut amicos,
Factuosus ut servos habet.

Corrigere in spiritu lenitatis, hoc est patrem esse.
Sed nec indulgenda omnia, nec nihil.

Multis indulgentia ruina est,
Et clementia ad peccandum audaces facit.

Si tamen in imperio culpa contrahenda est;
Honestius est, ex benignitate, quàm rigore reum fieri.

Humanitatis & auctoritatis splendor temperatus
In JOANNE pulchriùs apparet.

Miscet cum severitate lenitatem,
Ut neque asperitate exulcerentur subditi,

ut neque nimiā benignitate solvantur.

Habet anorem, qui non emollit:
Et rigorem, qui non exasperat.

Quique magis studet affectu obsequia impetrare,
Quàm imperare.

Hæc nobilissima statua est, se suorum animis insculpere.

G O D E

ODE.



Rat, regnandi modicam qui judicat artem;
Difficile imperium,
Pro Lege stare, & subditis.
Qui nimium stringit, nimiumve remittit habens,
Præcipites populos
In omne crimen nutriet.
Oderunt populi truculenti jussa Catonis,
Triste supercilium &
Ferro paratam dexteram.
Qui nimium facilis Princeps, contemnitur, & dum
Quærit amicitiam,
Fit subditis ludibrium.
Est Regnum servile, Timor cui præsidet, & quod
Cogitur obsequium,
Decet Getas & Sarmatas.
Et cum cuncta licent populis, res plena pericli,
In scelus atque caput
Regentis audent omnia.
Imperio, quod habet, declinat utrumque periculum;
Rarò ferire solet:
Minis FO ANNES utitur.
Difficilis, facilis, commiscet amore timorem,
Ad veniam facilis,
Frœnat benignis legibus.
Prudenter forti nexu conjunxit utrumque,
Quod solet esse aliis
Rarum: Timeri & diligi.

OMNIBUS AFFLUIT.



Fons est larga manus, tribuit quæ parta
labore,
Numine continuis dante redundat
aquis.

G. F. Wolfgang f.

OMNIBUS AFFLUIT.

Droemia & supplicia imperij fulcra sunt:
Illa ad virtutem instituunt, hæc à vitjis ab-
strahunt.

Crudelis est, qui punire tantùm novit, non
prœmiare;

Et ignavus, qui præmiare tantùm, & punire non novit.

Non est enim Clementia, sed ignavia,
Crescere quæ vitia sinit.

Nec est Justitia,
Sub qua merita irremunerata manent.

Beneficiis tamen potius, quàm remediis ingenia experiri
decet.

Languent sine præmio obsequia,
Et torpet virtus, quæ neglectam se videt.

Virtutes beneficiis nutriendæ sunt,
Nam dona in virtutis æmulationem alliciunt.

Omni imperanti
Pronior ad beneficia, tardior ad poenam sit manus.

Liberalitas amorem instillat,
Et præmia venerationem faciunt.

Tenacitas in imperante semper odiosa fuit.

Liberalitatis virtus Deo assimilat, (nat.

Avaritia auctorem suum è hominum contubernio elimi-

Illa animos parat, hæc evertit.

Munificentia reliqua vitia tegit,

Avaritia etiam virtutes obnubilat.

Multa ab avaritia disciplinæ dispendia emergunt;

Quibus domi liberalitatis fons clausus est,

Aquæ furtivæ dulciores fiunt.

Obsequia jure petit, qui liberaliter præest;

Nemo ab avaro admittit virtutis monita,

Surdas quisque aures habet.

Tenuitas ubique pro probro est,

Etiam profusio pro virtute habetur.
Ut detestatur orbis tenacem manum,
Sic munificam nunquam destituit Deus:
Quo plus effluit, plus affluit;
Et gloriæ messem habet, qui beneficia serit.
Nec ab alia virtute tantum amoris fluit,
Quantum à Liberalitatis venâ.
Imperare non volentibus obedire,
Non imperium, sed Martyrium est.
Corrigit mentes, & ad obsequia munificentia trahit.
Nam beneficia compedes sunt, quæ obstrictos tenent.
Dona autem quæ conferuntur, benignitate condiantur,
Sine hac insipida erunt.
Ingratum quoq; beneficium est, quod diu in manu hæsit;
Nam qui lentâ dat manu, liberalis non est,
sed neganti proximus,
Et mavult vendere, quam donare.
Plus ponderis dona habent, quæ sine precibus conferuntur.
Prævenit preces vera liberalitas,
Nec exspectat accendentem, sed obviam venit,
Ut præoccupet rogantis ruborem.
Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.
Serò beneficium dedit, qui roganti dedit:
Nam quod precibus extorquetur, non beneficium, sed spo-
lium est.
Beneficia tamen non cœcâ, sed providâ manu danda sunt.
Nam qui præniat indigos,
Habebit ingratos,
Et offendet dignos.
Liberalis tria quæ observet habet:
Meritum, Tempus, & occasionem.
Nam qui sine delectu donat,
Profusus, non liberalis est;
Virtuti & meritis beneficium debetur.

Et

Et pretiosius fit beneficium,
Si tempori & occasione respondeat.

Et crescit parvum beneficium,
Quod a vultu hilari yenit.

Si autem negandum, quod petitur, ratio suadet,
Non sine comitate fiat.

Verba blanda negantis pro beneficio erunt.

Non enim munificus affectus semper ex dono,
Sed ex affectu metiendus est.

Amittunt quoque suam gratiam beneficia
Improperata aut decantata.

Turpe lutum homini aspersit natura,

Dum meliorem memoriam injuriæ quam beneficij dedit,
Et magis vindictæ quam gratiæ paratos fecit.

Olim sententia stetit:

Beneficium nec in puerum, nec senem conferendum est,
Quia alter non refert, alter non meminit.

At perversa & eversa est:

Nam beneficium non ab accipiente, sed a dante nomen
habet.

Ob ingratitudinē proscribenda tamen liberalitas non est.

Sol non ubique germen procreat, affulget tamen,
Et sterilis ager laboriosius excolitur,

Donec aratro cedat, & fœcundum aperiat sinum.

Nam magna beneficiis excellentia est:

Bonos conservat in officio,

Malos reducit ad frugem.

Mediâ JOANNES incedit viâ;

Nec sordide tenacem, nec turpiter prodigum se exhibet.

A virtute & potestate beneficij mensuram sumit:

Tantum dat, quantum debet, & quantum potest.

Nunquam parcus,

Cùm in Deum Pietas, in Subditos Amor,

Et in Hospites Benevolentia exercenda est.

H

ODE

O D E.

Divitiae sunt grande bonum, restristis egestas,
Usum molestum utrumque habet.
Est nummis pretium, sed raro solvit avarus,
Et pauper anxius facet.
Pauperies admittit Curam; præstat id aurum
A liberali quod venit.
Sed non sanatur, cum non satiatur avarus,
Inter suas opes perit.
Tantalus in fluvio sitiens præludit avaro,
Famemque pomis provocat.
Turpis avarus amat nummos, & congregat aurum,
Vitæ suæ fiduciam.
Nullus avarus amat quemquā, nec amatur ab ullo,
Hæc causa sunt: Meum & Tuum.
Omne fugit vitium, tristis quando advenit ætas,
Focique mundi displicent.
Auri solus amor crescit, cum deficit ætas,
Nil præter aurum per placet.
Quoque via est brevior vitæ, quæ restat avaro,
Majus petit viaticum.
Commaculat mentes infelix ardor habendi,
Vix in sepulchro deserit.
At tinea ad vermes est semita turpis avari,
Vitam exuit, probrum induit.
Virtutum & famæ quoque munificentia custos
Illustrat auro gloriam.
Hanc sequere, & Magnum per fulva metalla

JOANNES

Transcribe nomen posteris.

F I N I S.